

V g
1721



Q. 216.

SCRIPTVM PVBLI
 CE IN ACADEMIA VVITE-
 BERGENSI PROPOSITVM, CVM
 Mandato Illustrissimi Principis Electoris Saxoniae
 publicaretur formula confessionis de Coena,
 & obligationis, qua illius celsitudi-
 ni sese deuinxerunt



- D. Caspar Crucigerus.
- D. Henricus Mollerus.
- D. Christophorus Pezelius, &
- D. Fridericus VVidebramus.

1575.



VVITEBERGAE
 EXCVDEBAT IOHAN-
 NES CRATO,
 ANNO M. D. LXXV.



3, 854

K. 216. Q.





VICE DECANVS ET COLLEGIVM DOCTO-

RVM IN FACVLTA TE THEOLOGI-

*ca, Omnibus lecturis salutem officiosè di-
cunt ac precantur.*



RAVISSIMA IN SALO-
mone vox est de reuerentia debita
Deo & summis principibus: Time
Dominum fili mi, & Regem, & cum
detractoribus ne commiscearis, quo-
niam repente consurget perditio eorum, & ruina
detractorum quis nouit. Iubet Salomon primum
omnium Deo obedire in ijs cultibus, quos sua ipse
voce sanxit, Deinde Regi, quia sine vlla dubitatio-
ne præcipuum officium est pij gubernatoris in sum-
mo fastigio collocati, sonare ipsam Dei vocem, &
seueritate poenarum terrere aut tollere contumaces
omnes, qui atrocibus delictis decalogum aut socie-
tatem humanam violant ac conturbant. Nam ma-
gnam hominum multitudinem præcipuè ob hanc
causam magistratui vox diuina subiicit, Quia vult
conspici & exaudiri suam legem ac sapientiam, vt
ipse rectè agnoscat. Deinde ipsam societatem hu-
manam vult honestis legibus inter se consociatam

A 2

esse,

esse, & non turbari assiduis tumultibus aut calum-
nijs seditiosis. Ideo addit præcepto commonefa-
ctionem, vt ne cum detractoribus, aut seditiosis
commisceamur. Nouit Rex sapiens commune vul-
gi viciū esse, maledicere superioribus. Quoq̃ gra-
uiora & magis conspicua sunt summorum princi-
pum negocia, vel propter solam fastigiū illius emi-
nentiam, tanto & audacius & iniquius de his iudica-
re imperitos intelligit, iubet ergo vitare talia vitia,
ac nominatim commercia eorum, qui vel manifes-
tis seditiōibus, vel calumniōsis iudicijs & fabellis,
regibus ac principibus summis vel aduersantur, vel
stolidè ac maliciōsè obloquuntur. Ideo de poena
contumacium seueram interserit comminationem:
Subito veniet exitium eorum, & ruīnam detracto-
rum quis nouit? Ac sæpè Salomon idem præce-
ptum repetit, ne ceu λεληθότων excidisse videatur, &
vt ipsa repetitio admoneat inferiores, vt tantò dili-
gentius id cogitent, & vel suæ salutis causa liben-
tius obtemperent. Ita in Ecclesiaste inquit cap. 8.
Ego os regis obseruo, & iuramentum Dei, Ne fe-
stines recedere à facie eius, neque permaneas in ope-
re malo, quia non est euasio in bello, nec eripietur
impius. Alibi etiam inquit: Vocatus ad colloquium
Regis appone cultrum gutturi tuo. Vult circum-
spectos

spectos esse singulos, qui vel consilia regum gubernant, vel de negocijs regum iudicant, vt caueant ne voces loquantur, redituras, vt vulgo dicitur, per iugulum. Hæc sæpe cogitanda sunt, vt agnoscamus Politicum ordinem esse donum & opus Dei, & amemus eum, & reuerenter de eo sentiamus, & omnibus eum officijs tueamur.

Sparfa est autem non ita pridem, incerto tamen autore, fabella mendax & mordax de negotio religionis, quod æstate superiore grauissimis de causis gerere ac suscipere coactus est Inclytus & Illustrissimus Princeps *AVGVSTVS* Saxoniae Dux & Elector &c. Dominus noster clementissimus: Fuerunt enim qui persuadere imperitis conati sunt, iniuriosissime ac plane inhumaniter contra ius & fas tractatos esse Dominos Theologos, qui ante nos in hac Academia publice docuerunt, & non solum condemnatos fuisse non auditos, sed postea quoque addita esse nomina illorum articulis doctrinae publicæ, quibus illi nec subscripsissent vnquam, aut certe non nisi cum certa conditione atque exceptione nomina sua dedissent. Dictitatum enim vtrunq; fuit: Alijs affirmantibus, plane eos non subscripsisse, Alijs contra subscriptionem quidem fatentibus, sed cum

A 3

condi-

conditione tamen eiusmodi factam illam contendentes, ex qua non dubius illorum à doctrina publica dissensus eluceat.

Vera nos narrare plurimorum ad Illustrissimum principem summorum virorum literæ testantur, & aliorum etiam ad nos perlatae narrationes, & interrogationes ea de re assiduæ. Latè igitur vagata est hæc fabella, & vt fieri solet, cupidè a multis arrepta ac propagata. Habent enim à natura homines aures, ad calumnias arripiendas valde & patulas & auidas, ἔψον ἢ πολίταις αἰ κερκηγοεῖαι. Hæc verò cum ad se præcipuè, & ad suam dignitatem lædendam, fingi & spargi intelligat Inclytus & Illustrissimus Princeps noster, & videat his ipsis præstigijs mendacibus labefactari denuo consensum & auctoritatem doctrinæ publicæ, quam in hac Academia, & passim in suis Ecclesijs propagari & conseruari vult, iudicauit fabellam illam refutandam esse, his rationibus ac modis, qui omnium in re tanta essent & euidentissimi & efficacissimi. Misit itaque huc ἀπὸ γραφῶν obligationum, quibus Excelsitati eius prædicti Domini Theologi, & ἀπὸ μᾶτις & liberrimo iudicio ac voluntate, re rectius cogitata ac deliberata, suum de doctrina consensum testati sunt, Et ab Excelsitatis illius Illustrissima bonitate impetrarunt, vt dignos

gnos iudicaret, quos denuo sua & clementia & fa-
uore prosequeretur. Hæc ergo publicè propo-
ni, & fabellæ illi mendaci opponi voluit, Inter cæ-
tera quoque præcipiens, vt introspicere ac recogno-
scere illa volentibus non grauatim monstraremus:
In re ergo honestissima pertinente ad dignitatem
optimi Principis, cum detrectare nobis autorita-
tem eius, & mandata Illustrissima integrum non
sit, Proponimus in præsentia exemplar communis
obligationis, qua suam fidem, suaq; nomina Theo-
logi singuli hinc auocati, Illustrissimo Principi de-
derunt, atque obligarunt. Ac simul offerimus nos
ad exhibenda & demonstranda ipsa singulorum
ἀντίγραφα, si qui erunt, qui inspicere illa volent.

Hortamur autem omnes communitatis huius
scholasticæ ciues, ita vt iussi sumus, ac pro ea fide,
qua D E O & Illustrissimo ac pientissimo Princi-
pi nostro, ac singulis deuincti sumus, vt si quos de-
inceps audient eandem fabellam mendacem repe-
tere aut propagare, vt ne illis fidem habeant, deq;
optimo Principe Patre patriæ, ac communi nostro
nutricio, non nisi reuerenter, & vt pios alumnos
decet, loquantur ac sentiant, Ac de illius excelsita-
te non nisi optima sibi promittant ac polliceantur,
Nec

Nec dubitent in acerbissimo dolore esse pectus eius illustre, Quod, cum à natura factus sit atque formatus ad clementiam, omnesq; virtutes alias AVGVSTO ac magno Principe dignas, allata tamen est Excelsitati ipsius necessitas animaduersionis paulò tristioris ac seuerioris, quam nisi adhibuisset, clementia tamen miranda temperatam, verè huic Academiae, & doctrinae imprimis cœlesti, omnibusq; harum terrarum Ecclesijs μεταβολή euenisset, plane *Ἰουνατηφόρος*. Illa ergo quod auersa est, cum DEI benignitate, tum optimi Principis vigilantia, Et nondum! veritas! detrimenti tantum cœpit, quantum Satanas hostis Filij DEI illi minitatus est, pro eo gratias agant DEO & Principi optimo, qui & veritatis & Ecclesiæ causa piè solliciti sunt. Meminerint etiam paternam hanc Principis pientissimi in refutanda calumnia & fabella mendaci velut obtestationem, prorsus congruere ad typum venustissimum, quo Homerus Aten suam turbatricem vitæ humanæ, & fabellas vbique maledicas, & rei publicæ exitiales spargentem pingit, Atque hanc subsequi ostendit τὰς λιπὰς, Iouis filias, tristes quidem καὶ δυσωποὺς ἢ χωλοὺς, Sed pias tamen ac deprecatione placida sanantes, quod altera maledicendo ac calumniando turbauit, Ideoq; cum videant & intelli-

intelligent discentes nondum ab hoc *μυρμηκίῳ* πο-
stro auersam esse Principis optimi beneuolentiam,
ac gubernationem excelsitatis ipsius verè *ἡθικὴν* ac
paternam esse, qua florere cupit ac regnare in hac
sua Academia, puritatem doctrinæ coelestis, & pi-
um veritatis studium, singuli tanto promptius &
alacrius excelsitati ipsius obtemperent, & à calum-
nijs ac fabellis eius generis & spargendis & audien-
dis in posterum abstineant. Si qui vero contuma-
ces, commonefacti non tam nostra hac, quam Prin-
cipis Inclyti obtestatione, cuius iussu & mandato
hæc proponimus, non desinent optimo Principi,
ac doctrinæ publicæ in posterum etiam obtrecta-
re, ac fabellas calumniosas propagare, aut quoquo
modo alio pacem ac tranquillitatem huius vrbis
& Academiae turbare, Hi ne in periculo quod
amant, ac vel linguæ intemperantia, vel seditiosa
ferocia sibi ipsis accersunt, Therfitis aliquando
Homerici fortunam, ac veritatem dicti, quod ex
Salomone allegauimus, experiantur, & tanquam
Sorices suo sese indicio prodant, diligenter vide-
rint, *ἀκολάστῳ γὰρ γλώσσης τὸ τέλος δυστυχία, φειδωλῆς
ἢ ἢ κατὰ μέτρον ἰσότης, πλείστη μὲν χάρις, ἔθνη σαυροῦ ἐστὶν ἐν ἀν-
θρώποισιν ἄριστον.*

B

Forma

Forma autem obligationis ex Autographis
singulorum bona fide descripta vna & consentiens
hæc est, vt in pagella adiuncta cernere licet.

P P. VI. Die Martij, Anno
M. D. LXXV.



Ch. V. V. der

heiligen Schrifft Doctor
bekenne vnd thue kund / Nach
dem der Durchleuchtigste Hoch
geborne Fürst vnd Herr / Herr
Augustus / Herzog zu Sachsen / des heiligen Rö-
mischen Reichs Erzmarschall vnd Churfürst /
Landgraff in Düringen / Marggraff zu Meissen /
vnd Burggraff zu Magdeburg / mein gnedigster
Herr / mich zuuerhütung Ergernis / damit mein
halben andere Leut nicht beschweret werden mö-
gen / auff das Schloss Leipzig schaffen lassen / dar-
umb / das ich in verdacht gezogen / wie ich frembder
Sacramentirischer Vere anhengig / vnd dieselbige
in seiner Churf. S. Landen / Schulen vnd Kirchē
einführen wollen / Welchs nicht allein aus vielen
vermutungen / sondern auch aus meinem vor
ekli-
chen geordneten Theologen gethanen selbs Be-
kenntnis / vnd aus deme offenbar / augenscheinlich /
vnd vnuermeinlich gewesen / das ich etliche gestalte
Artickel / so auff sonderlich bedencken der Landt-
schafft / vnd aus rath furnemer Gottfürchtiger
Theologen sein Churf. S. Landen / gefast vnd ver-
glichen

glichen worden / nicht annemen noch vnterschreiben wollen / Ich aber ernach auff gethane Erinnerung vñ empfangenen bericht / solche Artikel freywillig vnd mit gutem bedacht auch subscribirt / Derwegen S. Churf. S. widerumb zu gnaden bewogen / vnd mir aus obgemeltem Schloss mit dieser mas erleubet / das ich sonsten in S. Churf. S. bestrickung bleiben / vnd mich gegen S. Churf. S. folgender gestalt vorpflichten / obligirn vnd verbinden solte / Nemlich / das ich mich von hinnen ab als bald erheben / gegen Wittenberg in meine Behausung begeben / daselbst einen Monatlang bestrickung inhalten / daraus nicht gehen / vnd dann nach ausgang solches Monats / mich in ein Haus einer Stad / so S. Churf. S. benennen werden / verfügen / darinnen bleiben / vnd daraus nicht kommen / vnd viel weniger aus S. Churf. S. Landen ziehen oder mich begeben wolle / es geschehe denn solchs mit S. Churf. S. sonderlicher bewilligung / aufferhalb das mir in der Stad / in die Kirche / zu Hochzeiten vnd Gefatterschaften zu gehen erleubet / Do auch S. Churf. S. mich in friedes oder friegeszeit / aus einer Stad in die ander fordern würde / das ich one allen auszug vnd vorwenden zu folgen vnd zu gehorsamen schuldig / Item / das ich
ich

ich vom Artikel des heiligen Nachtmals forthin
nichts leren/predigen / mouirē/ erregen oder schrei-
ben wolle/dann do es mit vorwissen S. Churf. S.
wider die Sacramentirische lere geschehe/ vñ auch
sonst nichts ausgehen oder drücken lassen solle / es
habe denn solchs S. Churf. S. sonderlich ersehen
lassen/vnd mir gnedigst erleubt: So habe ich sol-
ches alles zu vnterthenigstem Danck angenommen/
bewilligt vnd zugesagt. Verheissche/verspreche/ge-
lobe hiemit / bey dem wort der Warheit/Trewen/
Glauben vnd an Endesstat/das ich solchem allem
trewlich vnd festiglich nachsetzen / darwider nicht
thun/handeln/ oder von meiner wegen zuthun vnd
zuhandeln gestatten wolle/ in keinerley weise / wie
das Menschlicher sinn erdencken kan / Ich sol vnd
wil auch in seiner Churf. S. Diensten vnd Bes-
tallung bleiben/ vnd was mir S. Churf. S. zu-
raten vnd zustellen befehlen werden/trewlich nach
vermögen verrichten / vnd mich gehorsamlich
erzeigen / alles trewlich vnd on geferde / Actum
Torgaw am 15. Tage Julij / Anno Christi
M. D. LXKiiij.

Das gegen dem Durchleuchtigsten
Hochgebornen Fürsten vnd Herrn/Herrn Augu-
sten / Herzogen zu Sachsen etc. des heiligen Römischen
Reichs Erzmarschall vnd Churfürsten / Landgrauen in
Düringen / Marggraffen zu Meissen / vnd Burggraffen
zu Magdeburg / vnsern gnedigsten Herrn/sich die Ehrwür-
digen/Hochgelarten / Herr Caspar Cruciger / Henricus
Moller/ Christophorus Pezelius vnd Fridericus VVides-
bramus/ sempelichen der heiligen Schrifft Doctores/ durch
obgeschriebene Form einhelliglichen / vnd von worten zu
worten eines lauts vnd inhalts/ (doch ein jeder mit eigener
Hand in sonderheit) vnterthenigst verpflichtet vnd verbun-
den/ auch zu Ende ire gewöhnliche Petschafften auffgedruckt.
Solchs bezeuge ich der Vniuersitet allhier zu Wittenberg
verordenter Notarius / als von derselben hierzu sonderlich
requirirt vnd erfodderet/ mit dieser meiner vnterschriebenen
eigenen Hand vnd Legalischen Zeichen. Geschehen vnd
Vidimirt den 5. Tag Martij/ Anno Christi im 1575.


19 174 BK
Philippus Melanthon Academia
VVitebergensis Notarius in fidei
manu propria subscripsit.

M

X.220598.6







B.I.G.

Farbkarte #13

6. 1
SCRIPTVM PVBLI
IN ACADEMIA VVITE-
RGENSI PROPOSITVM, CVM
dato Illustrissimi Principis Electoris Saxoniae
publicaretur formula confefsionis de Coena,
& obligationis, qua illius celsitudi-
ni sese deuinxerunt

Vg
1721

- D. Caspar Crucigerus.
- D. Henricus Mollerus.
- D. Christophorus Pezelius, &
- D. Fridericus VVidebramus.

1575



VVITEBERGAE
CVDEBAT IOHAN-
NES CRATO,
ANNO M. D. LXXV.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA



3. 85

